

eum inciderit. *Fundamenta ejus*, §. XXI. *opinione ejusdem*, quomodo doctrina de dolo malo in contractibus bonæ fidei ad mentem juris Romani recte proponenda, & quidem primum eo casu, quando decipiens ex contractu doloso contra deceptum actionem instituit, §. XXII. deinde altero casu, si deceptus contra decipientem experiri vult, §. XXIII. defenditur opinio communis & ostenditur ex ipsis textibus juris Romani, quod dolus causam dans & incidens omnino diuerfos effectus producat, §. XXIV. distinctio inter dolum manifestum & non-manifestum, qua Dn. Summermann utitur, in legibus Romanis non reperitur, §. XXV. jam alii, Wesenbecius in specie, olim statuerunt, dolum causam dantem contractui b. f. non reddere illum nullum & sic dominium ex eo transferri, quibus itidem respondetur. §. XXVI. respondetur in specie ad l. 5. C. de rescind. vend. ad quam alii prouocant, §. XXVII. de opinione eorum, qui quidem contractum b. f. propter dolum causam dantem nullam esse dicunt, nihilominus tamen ex illo dominium transferri volunt. Textus & rationes quas pro illa opinione adducunt, §. XXVIII. respondetur ad l. 10. de rescind. vendit. §. XXIX. & ad l. 7. pr. ff. de dol. mal. junct. l. 3. C. si aduers. libert. §. XXX. falsum est, quod sola traditio absque præcedente contractu, dominium transferat. *Causa putativa & erronea cum contractu dolo emtoris inito non est confundenda*, §. XXXI. *misera Baldi ratiocinatio*, §. XXXII. remouetur dubium, quod ex l. 15. C. de rei vind. nasci forsan posset, §. XXX. *Transgressio ad jura hodierna*. De eo nullum dubium est, quin in illo casu, si dolus causam dedit contractui bonæ fidei, ille contractus nullus sit dominium ex eo non transferatur, §. XXXIV. an ex contractibus stricti juris hodie dominium transferatur, & hinc illi propter dolum siue

A 3 caus-